

Gr. c B. 53

Beifu. Sammelbd.

Photograph
B. 47.

Jah

X
25-
DE
CONTRADICENDI STUDIO,

JUVENILI
PRÆSERTIM ÆTATI PROPRIO,

EJUSQUE
CAUSIS, DAMNIS, ET REMEDIIS,
PAUCA PRÆFATUS,

AD

AUDIENDAS ORA- TIONES,

QUÆ

IN SCHOLA ASCANIENSI
DIE **IV.** OCTOBR. MDCCCLXXVI. HORIS POMERIDIANIS

PUBLICE RECITABUNTUR

OBSERVANTISSIME ET HUMANISSIME

INVITAT

CHRISTOPH. FRIDER. SANGERHAUSEN.

HALBERSTADII,
EX TYPOGRAPHIA DELIANA.

CONFIDENCE STUDI

DE

PRESERVATIONE MATERIA

CURSUS DAMSIS ET REMEDIES

YACCA PRIMA

AD

AUDIENDVS ORA TIONES

QVS

IN SCHOLY ASCVNIENSIS

OCTOBR. MDCCXXXVII. HORIS FOMERIDIENSIS

SUNDAY ELECTIONALIA

OBSEQUIANTIAZIME AT HUMANISSIMA

TIVAT

CHRISTOPH. LIPPER. SANCTERHAUSEN

HABERSTADT

EX TYPOGRAPIA DELLINE



stage illi studiorum quicquid sine rudimentis huncq; bellis ratiōnib;
mūtūdīq; solū? Ex his sibyllis mātērīam mātērīam p̄spūtūp̄? sibylla non
mātērīam mātērīam p̄spūtūp̄? sibylla om̄nīmōtēp̄? mātērīam sibylla
mātērīam sibylla om̄nīmōtēp̄? sibylla om̄nīmōtēp̄? A
mātērīam sibylla om̄nīmōtēp̄? sibylla om̄nīmōtēp̄? A
mātērīam sibylla om̄nīmōtēp̄? sibylla om̄nīmōtēp̄? A



Solent, qui scholas passim regunt, oblata scribendi occa-
sione, circumspicere plerumque materiam cum eruditio-
ne conjunctam. Quem ego profecto morem non im-
probo, si meo mihi vicissim agere liceat arbitrio. Qui enim eorum
unice parendum esse puto utilitatibus, quibus meam semel addixi ope-
ram, quo modo Vestri non præcipue habeam rationem Commilitones?
Idque ego spectans haud magnopere invidiam extimesco eorum, qui
nihil probant, nisi quod paulo altius repetitum aut subtilius disputa-
tum inveniunt. Iſi potius sciant, nos laudem nec difficultate nec
specie metiri sed utilitate, faciliora autem plerumque esse eadem utiliora.


Multa nostra præsertim ætate disci posse atque oportere, minime
dubitare potestis vos Commilitones. Atque illud quoque facile est in-

tellectu sine recta animi indole parum proficere vim ingenii. Quid igitur ? ad virtutis vos excitabo studium ? Non faciam ; quando quidem & a nobis quotidie, & a philosophis qui recte vivendi leges præcipiunt, sèpissime factum invenio. Eligam igitur ea, quæ in scholis parum tradi solent, eo autem valent, ut bene olim vivere aliisque jucunde uti possitis. Id mihi cogitanti occurrit contradicendi studium illud, quod juvenibus attributum quasi a natura esse negare non potest, quisquis æstatum humanarum studia aut ex Philosophorum scriptis aut etiam experientia didicit.

A qua peste utinam intentati essetis vos immunesque ! At sic parum honorifice de Vestris opinarer ingeniis. Quo enim quis magis viger ferretve hoc plerumque ad illud est proclivior. Quid enim præclarum cogitare de literis putemus cum, qui quidlibet admittere aut rejicere paratus aliorum magis quam suo utitur judicio ? Quid facias huic homini, qui in morem truncis, in quamcunque labefactari se patitur partem. A quo torpore infasto tantum ego Vos abesse volo, quantum a contrario illi, nimioque contradicendi pruritu.

Cujus ante omnia, agite investigemus causas. Cum a natura ita facti simus, ut nos ipsos amemus, fieri non potest, quin, quæ pertinere ad nos ullo modo videantur, ægerrime nobis eripi patiamur. Quare etiam opiniones nostras, quas plerumque quasi particulas nostri putamus haud facilius extorqueri nobis patimur, quam reliquas felicitatis aut etiam corporis partes. Sed sunt aliæ cause plures.

plures magisque propriæ. Primum enim ætas ista nimis fervet, honoris autem cupiditate non tam dicitur, quam regitur. Ut injuria rum ita etiam monitoris est impatiens. Superare alios virtus est, cedere dedecus. Omnis in victoria laus, omnis in servore spes. Ad hæc rerum, id quod necesse est, paulo imperitior, aut specie sola dicitur, aut quibusdam tantum iisque levioribus veri notis capitur, ita, ut ne in opinionem quidem veniat, posse rem se habere aliter. Quid dicam de opinionibus præjudicatis auctoritatibusque quibus juvenum plerumque acies hebetari aut perstringi, animus autem irritati solet & incendi. Nescire quæ alii sciant, putant grave, dubitare indignum, tacere, turpe. Quæ scripta alicubi legere, aut ab iis accipere, qui eruditionis opinionem adsequuti sunt quandam, in iis acquiescent ita, ut si quid in contrariam prolatum partem audiant, exardescant, insurgant. Ac nescio annon illam quoque putem causam. Et quamnam? Scilicet æqualium potissimum utitur consuetudine ætas ista. Quo fit, ut sublata majoris sapientiæ, verecundiæque quam inde existere necesse est, opinione, credere possit quilibet quod ali us, idem se quoque scire. Inde oritur contradicendi facilitas, ex facilitate consuerudo. Ea quoque est parentum plurimorum perversitas, ut labis istiusce auctores recte dici possint. Quid enim? blanditur filiolo nutricula, assentatur matrcula, contradicenti applaudit pater, postremo præceptores servi servæque omnes, si ait, ajunt, si negat, negant. Hoc fonte promanat labes, quæ latius vagata per omnem diffunditur vitam.



Cujus damna mecum, quæso, recognoscite. Ut enim prodit fastum, quo cum omni in vita tum præsertim in juventute nihil est turpius, ita etiam tollit verecundiam, qua sublata, quid est quod in juvene placere magnopere possit? Quæ cum indignissima sunt, tum indignius illud, quod vero inveniendo obstat, quo nihil ætati isti esse debet deliberatius.

Quod qui invenire voluerit, vacuus sit ab ira, odio, studio, amicitia, postremo omni cupiditate. Ubi enim ista dominatur parum valet ingenium. Porro contemplando examinandoque perveniri ad verum potest ac debet. Quæ omnia absunt ab eo, qui contradicendi paret lubidini. Quid enim doceas eum, qui, quando tenere sibi omnia videtur & melius, docere quam discere mavult? aut quæ tanta esse potest facilitas atque patientia, repugnantem temere ut feras immo expetas, eidemque te offeras, quin potius spernentem medicinam jubeas ægrotare libenter. Sed latius vagatur pestis illa. Transit enim ex ingenuo ad animum quoque facitque intractabilem. Igitur non feret suadentem utiliora, datus olim poenas justissimas, cum qui suadeat habeat neminem. Contra adsuetus contentionibus, rixis delectabitur, altercationibus aletur, jurgiis gaudebit, ex quibus odia inimicitiae pugnæ non possunt non oriri. Sæpe ego vobis, meministis enim, amicitiae prædicavi bona, qua nihil a Deo hominibus dari potuit præstantius. Sæpe ego ita vobiscum egi: Rerum earum, in quas vester vos fert animus, omnium, cavete, quamquam consultius expetatis, amicitia, quæ uti omnibus, ita vestræ præsertim ætati est convenientissima, sive
quod

quod in ea minus solet esse offendarum, sive quod animus juvenilis, sensibus jucundis magis incalescit. Istam autem amicitiam putatote a Deo vobis datam esse vitae medicinam, virtutis autem comitem literarumque adjutricem, a qua tantum expectare recte possitis, quantum a re alia nulla. Quare danda vobis est opera, ut habeatis quos ametis, & a quibus amemini. Id autem ut adsequamini fugienda est contradicendi lubido, pestis omnis amicitiae gravissima.

Ea demum virtus est, ea prudentia, placere quam plurimis, displicere nemini. Quod non in eam accipi volo partem, ut aliorum benevolentiam quavis mercede redimendam aut emendicandam, aut ad turpes adeo assentatoris artes putemus descendendum. Odi ego istam humani generis sentinam & sperno, offendor taciturnitate eorum, qui cereris sacra custodire videntur, at detestor, qui temprare sibi nequeunt, quin dicenti cuilibet temere obganniant. Atque hunc non meum solum sed aliorum quoque esse sensum confido. Jam cum magna felicitatis nostrae pars, ex aliorum pendeat judiciis, patet, quam noceat sibi ipsi animus contentiosus. Et quo nam hunc modo aut res suas bene agere, aut in gerendis negotiis versari posse feliciter putemus? Id enim ut possimus necesse est, aliorum ut nobis conciliare animos, ad nostramque flectere voluntatem discamus, non autem a nobis abalienare. Quare a tenera inde ætate subigendus est animus, ut imperia ferre discat. Multa olim audire cogemini, multa ferre, multa etiam silentio transmittere. Tum vero cedere tempore virtutis erit, sapientiae autem, non nimis sapere videri. Contra
nullusiv ubi



ibi vitium istud mature non tollitur aut infirmatur, augebitur in dies, in omni vita genere se prodeat, multisque modis erit detimento. Evidem sic mihi persuadeo, contentiones atque rixas quibus judicium subsellia exigitantur, aut Cathedrae eruditorum personant, aut Theologi etiam saepe dissident plerasque hoc profluxisse fonte. Denique contrahamus enim rem, uti mendax tandem ne verum quidem dicere potest, ubi mentiri non prodest, ita lubido pugnandi in consuetudinem abire solet adeo, ut absque omni consilio aut necessitate contradicat.

Satis ego multa hac de re dixisse mihi videor. Nec dubito, quin, quæ contra pestem istam animi remedia sint præsentissima quæratis Commititones. Cui desiderio vestro laudabili, ego profecto non committam, ut defuisse videri possim. Igitur qua id via adsequi possitis, paucis, advertite, expediam. Primum cogitandum vobis est saepe, falsum hunc esse honorem, non cedere. Leonis ista est laus, in tauris ista est virtus. Homini contra, qui rationibus duci debet, majori plerumque laudi est cedere, quam vincere. Ita enim si etiam causa excidat, adsequitur tamen id, animo suo imperare posse ut videatur, est autem hoc quantum? Contra si vel maxime rem obtineat, amittet tamen verecundiae laudem, qua amissa, quid est, quo istam satis resarcire possit jacturam? At ne obtineri quidem causa potest contradicendo. Primum enim qui cupide disputat, studio abreptus, omnes veri transilire solet fines, deinde etiam haud obscure præ se fert, se sibi studere, non, vero. Ille autem, quicum disputat, incalcesces vicissim.

vicissim. Quare tacentem eum relinquere facilius poterit, quam consentientem. Quod accidere necesse est omnibus, præsertim juvenibus, quibus iudicris tantum pugnandum est armis, quorum ne usum quidem satis callent. Præterea quotusquisque est, qui ab adolescenti doceri possit? aut potius velit? Nec illud quidem præterire debeo, nimirum nullius prorsus esse negotii contradicere. Audacia enim opus est, non ingenio. Tot sunt rerum species, tam varii visus. Quid enim facilius est, quam de verbis concertare? aut res quasdam ludicas melius nosse, quas rectius ignorant sapientiores? aut verbum temere prolatum aliter atque dictum erat accipere? Teneamus potius, multas & varias esse rerum species, rationesque multas, quas in judicando quisque sequitur. Ut enim non omnia omnibus pulera sunt, ita idem non omnibus videtur verum. Quare qui temere repugnat, probat luculente se rem non ab omni sed una altera-
 ve tantum parte exploratam habere perspectamque. Hujus ego rei habeo testem valde locupletem, experientiam. Quo quis enim do-
 CTOR est sapientiorque, hoc minus plerumque contradicit, contra im-
 peritissimus plerumque idem est pugnacissimus.

Aliter sentimus juvenes, aliter viri. Multa maturior ætas de-
 met, plura adseret. Nolo hoc loco exemplo uti meo, sed virorum
 Clarissimorum auctoritatibus. Quam multa putatis Spaldingios, Sem-
 jeros, Ernestios aliasque multos jam probare, quæ juvenes in repug-
 nantibus posuissent, quam multa ridere in quæ olim jurassent? Profe-
 sto non tot tantæque esse possunt naturæ vicissitudines mutationesque

B

quibus

quibus fruges ad maturitatem perducit, quam quibus ingenia humana
fingit perficitque. Cur igitur juvenes obtinere pugnemus id, quod
rejeciemus viri, ridebimus senes? quin suam potius & silentio esse
potemus mereudem. Quod dicens nolo mysticam illam Pythagoræ re-
vocare disciplinam cum institutioni contrariam tum vitæ consuetudini-
que humanae parum convenientem. Id tantum videre vos volo cui
contradicatis, quove loco aut tempore. Ea autem res ita regatur,
ut discendi causa fiat, non libidinis aut ostentationis gratia, mode-
stiaque diligenter retineatur, adsumta dubitantis aut dissentis specie,
vitata docentis invidia. Quod quando feceritis, & vobismet ipsis be-
ne consuletis, & aliis eritis jucundi. Hæc fere habui quæ vobiscum
differerem. Quæ medicina si quibusdam opus fuerit, proposuisse can-
dem me non paenitebit, si minus, habebo hoc magis, quod later.

Ego vero, accedam enim ad id, cuius causa hæc differui, ad
audiendas oratiunculas, quæ die, in fronte hujusc libelli adscripto,
a juventute nostra habebuntur, Patronos Fautoresque Generosissimos
Plurimumque Reverendos, & quotquot rei nostra scholasticae sagent,
invito devotissime humanissimeque. Qui si quam frequentissimi ad-
esse voluerint, novo nos obstringent beneficio. Scripsi Ascaniæ die

Oktobr. MDCCCLXXVI.

Quæ die, in fronte hujusc libelli adscripto, Patronos Fautoresque Generosissimos Plurimumque Reverendos, & quotquot rei nostra scholasticae sagent, invito devotissime humanissimeque. Qui si quam frequentissimi adesse voluerint, novo nos obstringent beneficio.

Liste


00 A 6277 (1/40)




TA-OL

wpn8

Rebco ✓





Farbkarte #13

DE
ICENDI STUDIO,
JUVENILI
ÆTATI PROPRIO,
EJUSQUE
INIS, ET REMEDIIS,
CA PRÆFATUS,
AD
NDAS ORA-
ONES,
QUÆ
OLA ASCANIENSI
IDCCCLXXVI. HORIS POMERIDIANIS
ICE RECITABUNTUR
SIME ET HUMANISSIME
INVITAT
IDER. SANGERHAUSEN.

LIBERSTADII,
GRAPHIA DELIANA.